

Cum enim propter admirabilem animæ cuin numeris cognitionem nume-
rosa facilius arripiantur, seruit illa sic propagationi doctrinæ, includens dulcissi-
mos Psalmos & alias religiōis nostræ partes, numeris, & addens harmoniā con-
uenientem, quò altius illæ animos hominum penetrent, & tenacius infigantur.
Hinc existimo factum, ut sancti patres semper sacris ritibus adhibuerint Musicā,
& Prophetæ oracula diuinitus tradita, canit, & numeris compræhenderint, sicut
hoc multi dulcissimi psalmi testaniur, quos diuinus ille Musicus Dauid Cythara lu-
sit. Non enim memoria tantum iuuatur Musica, sed eius præcipua quædam, &
admirabilis uis est in ciendis affectibus, ut animi hominum tranquilli redditi, tan-
tum consideratione eius rei occupentur, quam musica proponit.

Et quantum alioquin hęc ars ualeat, ad mouendos animos hominū, ante oculos interq; manus est. Fidgitur Orpheus cāsus suauitate traxisse arbores & saxa,
quo figmento quid aliud uoluerunt significare homines sapientes, quam animos
barbaros & agrestes redire Musica mansuetiores, & humaniores: & tristes &
curis occupatos, tranquili.

Sic fortissimus ille
tudinem animi, quam
memnonis eripientis
dicitur recessisse à Sa-

Et in uniuersum Mi-
tristes & negoti, ani-
mæ conueniente harmo-
nis, aut etiā ad dolc-

orum Achilles dicitur cantu Cytharæ leniſſe ægri-
orat ex consideratione leuitatis, & stoliditatis Aga-
m Bryseida. In sacris literis etiam malus spiritus
otiescunt Dauid Cythara luserit.

onestum quoddam θελητίειον est, quo animi segnes,
& quasi reficiantur, & attollantur, & rursus exultan-
tuocentur & retineantur intra septa iustæ moderationis
& commiserationem quandam fluctuantur.

Cum